



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Textus dominice passionis ex quattuor euangelistis**

**Jacobus, Magdalius**

**Colonie, 1503**

**VD16 B 4679**

Manifesta ostensio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30846**



## Decas

Agauerunt ad arborem manibus et pedibus. **¶ Mystice** Holofernes interpretatur infirmitas discretiois quae fuit in pilato qui precepit militibus suis ut apprehenderet Achior fratris **¶** et lumine et signat christum quem apprehēdentes ligauerunt non solum manibus sed etiam pedibus

**Iniuriosa coronatio.** Et plectētes coronam de spinis posuerunt super caput eius et arundinem in dextera eius. et genu flexo ante eum illudebant dicentes. **Auerex** Iudeorum. **Et** dabant ei alapas. **Et** expuentes in eum acceperunt arundinem et percutebant caput eius.

**Figura** Habet Genesis. 22. ubi legitur de ariete inter vepres hereticorum. que assumens abraham obtulit in holocaustum super montem. **¶ Mystice.** Arius iste christum signat quem deus pater per Abraham fecit in monte caluarie pro genere humano oblaturus voluit prius corona spinea coronatum a perfidis iudeis illud et despectum haberi.

## Quarta decas.

**Manifesta ostensio.** Exiit itersu pilatus foras et dixit eis. **Ecce** adduco eum vobis foras ut cognoscatis. quia in eo nullam causam inuenio. **Exiit** ergo iesus portans spineam coronam et purpureum indumentum. **Et** dicit eis. **Ecce** homo.

**Figura** Hic plect quod habet s. maccabeorum. 10. ubi legitur quod quidam viri pestilentes ex israel et viri iniqui conuenerunt aduersus Jonathan interpellantes aduersus eum coram Alexandro rege. **Rex** autem iussit spoliari Jonathan vestibus suis et indui purpura indutunus ad medium ciuitatis pluci et populo ostendi. **¶ Mystice.** Viri pestilentes sunt iudei qui conuenerunt aduersus Jonathan qui interpretatur columna adueniens et fecit christum innocentem quem Alexander. id est pilatus fecit purpura indutum ad spectaculum adduci.

**Omniū acclamatio.** Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri clamabant dicentes **Crucifige** crucifige eum. **Dicit** eis pilatus accipite eum vos et crucifigite. **Ego** enim non inuenio in eo causam. **Responderunt** ei iudei. **Nos** legem habemus et finem legem debemus. **quia** filium dei se fecit

io putabant enim eum mortuum